

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit castam plamque sobolem praeferre incestae et impio, quod illa sepe longeata sit, honorata et prospera; haec brevis avi, infamis et infasta: esto enim casti justique subinde morte vita praeoccupatur, ac velut flos purpureus ardro succidatur, tamen excepit eos melior vita, ac major fama et gloria. Quare etas senectus est vita immaculata, et justus consummatus in brevi expletiv tempora multa.

1. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius; quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. 2. Cum præsens est, imitantur illam; et desiderant eam cum se eduxerit, et in perpetuum coronata triumphat incoquatum certaminum præmium vincens. 3. Multigena autem impiorum nullitudo non erit utilis, et spuria vitalamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum colloca- bunt. 4. Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita, a vento commovebun- tur, et a nimietate ventorum eradicabuntur. 5. Confringent enim rami inconsueti, et fructus illorum inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti. 6. Ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitia adversus parentes in interrogatione sua. 7. Justus autem si more præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. 8. Senectus enim ve- nerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis. 9. et etas senectus vita immaculata. 10. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est. 11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne ficio deciperet animam illius. 12. Fascinatio enim nugacitatis obsecurat bona, et inconsstantia concepcionis transvertit sensum sine malitia. 13. Consummatus in brevi expletiv tempora multa: 14. placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatim. Populi autem videntes, et non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia: 15. quoniam gratia Dei et misericordia est in sanctos ejus, et respectus in electos illius. 16. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, et juventus celerius con- summata longam vitam injusti. 17. Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare munierit illum Dominus. 18. Videbunt et contemnent eum: illos autem Dominus irridebit: 19. et erunt post haec incidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, et commovebit illos a fundamento, et usque ad supremum desolabuntur: et erunt gementes, et memoria illorum peribit. 20. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et tra- ducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

1. O QUAM PULCHRA EST CASTA GENERATIO (id est casta natione, puta casti homines, hos enim oppo- nit natione præve, de qua cap. precedentem, vers. ultimo: ergo significat omnes genitos, sive natos) CUM CLARITATE! — Graece, *χριστος ἀπεικονιζεται επειγοντι*, hoc est, *melius est orbitas sive carentia filiorum cum virtute;* melius est esse sine libberem, id est sine liberis, et virtute prædium, scilicet quam habere liberos ex adulterio, adulterinos et improbos, ut precessit; unde S. Ambrosius, lib. I De Vir- gin., legit, *melior est sterilitas cum virtute;* S. Hieronymus in Ose. cap. IX, *melius est filios non ha-*

bere cum virtute; S. Cyprianus, lib. De Singular. Cleric., *melius est esse sine filiis cum claritate;* Sy- rus, *melius est esse sine filiis cum gloria;* Arabicus, *res preclara privatio filiorum cum virtute.* *Integritas,* ait B. Petrus Chrysologus, serm. 146, est ecclæste consoritum; virginitas juncta Christo co- pula est virtutis. *Virgines ergo sunt angelic ter- restres et homines celestes, ideoque sponsæ Christi.* Noster pro *ἀπεικονιζεται* videtur legisse *ἀπεικονιζεται*, id est *casta generatio, vel castitatem, aut castorum* 2. *πατρον*, licet enim haec vox composita Graecis non sit in usu, simplicia tamen, ex quibus com-

ponitur, sunt usitata: auctor enim libri hujus multas voces novat, neque componit. Sane vi- detur Noster aliud habuisse grecum exemplar diversum a modernis, nam moderna non habent exclamacionem o, nec *quan pulchra.*

Aut potius Noster soliter per orbitatem filio- rum intellexit, non nudam orbitatem et sterilitatem: hec enim non est pulchra, sed potius de- formis; prudenter ergo adverte sterilitatem ex virtute, puta ex pulchra castitate, manantem; unde verit. *o quam pulchra est generatio casta,* id est natio, q. d. O quam pulchri sunt homines casti! o quam pulchra est castitas et cætus, sive ii sunt conjuges, sive cælibes et virginis! Sapiens enim per antithesen his opponit et anteponit cas- tos steriles adulteris prole abundantibus: casti enim cum virtute, id est ex virtute, puta ex amore castitatis, vel conjugalis, vel virginalis, malum orbi filii, quam perdevera virginitatem, aut se polluere adulterio, esto ex eo liberos spe- rare possent: horum enim virtus, puta castitas et virginitas, clarior et illustrior est omni laude et gloria, quam sperare possent ex filiis. Sensus ergo est, q. d. Melius, id est præclarus, laudabilis et gloriiosus est carere filiis, si iis careas ex virtute, puta ob amorem castitatis, qua non vis adulterari aut perdere virginitatem, quam pro- lem habere copiosam adulterinam et improbam: ita S. Ambrosius, lib. I De Virgin., ubi hanc gno- mapplicans virginibus, sic videtur explicare, q. d. *Melior est sterilitas,* id est melior est virginitas: quia enim illa legis veteri ævo ab expes- tatione Messiae, quoniam singuli ex sua stirpe nasci optabant, sterilitas erat probrum, censebaturque maledictio et infamia; fecundantes vero estimabatur benedictio et gloria; hinc multi, qui uxores habent steriles, ut ex eis suscitare filios non possent, divertebant ad alias, etiam alienigenas et idololatras, ut ex iis proles procrearent. Horum insipientiam et perversitatem redarguit hic Sapiens, docetque longe praestantiores esse castitatem quamlibet, etiam illibarem et orbam, quavis fecunditate et prælibus, præsentem spiri- tui, adulterini et improbos, eo quod castitas sit virtus illaque eximia, fecunditas vero adulterina ingens sit vitium et scelus; unde pudicitiam et puritatem Egypti hieroglyphice denotabant per ignem et aquam, quod hic elementis omnis lus- tratio fiat et expiatio, ait Horus Apollo, lib. II Hierogl. cap. xli. Jam quantum castitas illustrat et quasi inangustum hominem, tantum libido con- spicat et deturpat: quam enim gloriosa est pu- ritas, tam probroso est impunitas, que ex homi- nibus facit sues et porcos, ut docet S. Basilus in Psalm. I. Sensus ergo est, q. d. *Filius vel filia est pulcher facie, at castus et virgo pulchrior est virtute:* filia decora est vultu, at saepe indecora et impudica mente; virgo vero et vultu speciosa est, et mentis virginitate longe speciosior. Pul- chus pater pulchrum sibi similem saepe ge-

nerat filium, juxta illud Virgilii, VI *Eneid.*

Teucri pulcherrima proles.

Et libro VII :

Satus Hercules pulchro.

Et libro IV :

Quo pulchrior alter
Non fuit Ezeas.

At hanc pulchritudinem corporis sepe deturpat deformitas libidinis: nam « *lis est cum forma magna pudicitia,* » uti deturparit filias Augusti imperatoris, de quo Suetonius in ejus *Vita* : *Cu- quis felicitatem, inquit, infelicem fecerunt filia, neptis et nepotes; adeo ut ipse ad eorum mentionem proclamare soleret utile esse sine nuptiis manere, et absque liberti interire; appellare quoque illos vomicas et carcinomata sua.* » Qua ratione Euripides dixit, *« ἄτικη, id est carentem libetis, infortium esse felicem. »* Ruben, Genes. xlix, 3, dicitur principium, seu præcipuum et caput doloris patris, quia paterni thorri violator fuit.

Audi Tertullianum, lib. De Boni pudicitia; cap. I: « *Pudicitia, ait, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, prejudicium omnis bone mentis; quanquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua, tamen aliquatenus in seculo morabitur, si natura præstruxerit, si disciplina persuaserit, si censura comprescerit.* » Tertullianum seu magistrum secutus more suo S. Cyprianus, lib. De Boni pudicitia: « *Pudicitia, ait, est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordia caput, etc. Pudicitia nihil ornamentorum querit, decus suum ipsa est.* » Hoc nos commendat Domino, connectit Christo: *hac expugnat omnia de membris illicita desideriorum prelia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa, et beatos officiis.* » Et paulo post impudicitie hæc dat epitheta: « *Cupiditatem infesta- rabies, incendum conscientie bone, mater im- ponitentie, ruina melioris etatis, contumelia generis, expugna sanguinis et familie fidem, alieni affectibus suos inserens filios, in alieni testamenta sobolem ignoti et corrupti generis in- ducens.* » S. Gregorius Turonensis, lib. De Gloria Confess. cap. cvi, narrat se vocatum ad exequias S. Radegundis tum defuncte, aitque de ea: « *Sancta facies Radegundis de feretro it fulgebat, ut illorum rosarumque spernere pulchritudinem;* » et cap. L, narrat de S. Severo presbytero illum ab eo templo oblatum, cum per totum annum jam esse aridum; tamen recurrente ejus transitus anniversaria die in vere, quotannis re- virescere et reflorere solere.

Porro cum triplex sit castitas, scilicet conjugalis, viridalis, virginalis, quilibet præstat ke- cunditate et filiis adulterini ac infamibus: cas-

Titas enim conjugalis pulchra est, vidualis pulchrior, virginalis pulcherrima: de conjugali hanc gnomem accipiunt Lyranus et Holcot, ceteri de virginali, ut S. Cyprianus (vel potius Origenes, ut censem Pamelius) tract. *De Sangu. Cleric.*, S. Ambrosius, lib. I *De Virg.*, S. Bernardus, epist. 42, Petrus Blesensis, epist. 3; imo Ecclesia in *Offic. SS. Virgin.*: sic et Cautacauzenus aliquis interpres hic. Hinc S. Aldehelmus, lib. I *De Virg.*, narrat angelum triplicem castitatem, sollicit virginalem, vidualem et conjugalem, hisce gradibus discriminasse, « ut sit virginitas aurum, castitas argentum, jugalitas (conjungum) aramentum; ut sit virginitas divisa, castitas mediocritas, jugalitas paupertas; ut sit virginitas pax, castitas redemptio, jugalitas captivitas; ut sit virginitas sol, castitas luceuna, jugalitas tenebrae; ut sit virginitas dies, castitas aurora, jugalitas noctis; ut sit virginitas regina, castitas domina, jugalitas ancilla; ut sit virginitas patria, castitas portus, jugalitas palucus; ut sit virginitas homo, castitas semivirga, jugalitas corpus; ut sit virginitas purpura, castitas rediviva, jugalitas lana. »

Hanc gaemone insigni rose, lili et fucus apolo graphicen representavit Cyrius, lib. IV *Apolog. moral.*, cap. viii: « Rosa, inquit, et liliu juxta fucilem sunt ex parte; que cum expandissent floribunda folia, nitore splendida, et rorem suavitatis manantia, aromaticisque odoris fragrantiam effudit; et illa flora luce orbata acerbum in fructum pariter pullulasset, invidentia lacre priuens mox innectivano propulsat, dicens: Post tam amena rutilantiam floridam, ubi fructus vestri vanum quippe est florere sine fructu. Siquid ligat natura sagan fructum in flore, et ob ipsius vernantem florem germinat. At ille, mox radicum eloqui subodorantes, pacifica ratione dixerunt: Bene sciens quod propter pruritum generationis perdidisti gloriam floris, et idcirco jam expollida es foliis, dum sic loqueris. Nempe fructum paris dulcissimum, sed imen patris in radice pruriunt, quo florem misisti. Nobis autem ex plena pulchritudine et suavitate substantie, flor ipse fructus est; unde in nobis flos et fructus minime distinguuntur, quoniam redundante puritate florire, et odoriferre sublimatis humore in nobis id ipsum factum est flor et fructus. Nonne vapor terra purissimus, totus floridum in aurum concrevit, et ros dulcisissimus colo virginitali vernante in margaritam congenerans? Igitur rosa, et liliu, et flores fructiferi, et fructus floridi sunt. » Deinde plura in laudem virginitatis subiecens, eamdem comparat illo, rose, magnelli, sapphiro, smaragdo: « Fructus, inquit, est dulcissimus, decor prastantisimus, odor suavisissimus, valor totus: nimurum ipsa est natura ex virtutis clarissima genoma, summa temperantia, perfecta Victoria, spiritus supra german, gloria tota. Ut rosa igitur

fragrans, et liliu rutilans est sancta virginitas, flor et fructus; ad cuius quidem fragrantiam unicorns attractus suaviter currit, cuius dulcedine ferocies ejus mansuetat, cuius puritate valdissima ejus potestas detectata, quae victa in nido gremio virginitali, reverentia prostrata recumbit. O virtus magnetica virginitatis, ad se trahens naturam! o sapphirus mirabilis castitis, omnem fugans et destruens famam venenosam! o smaragdus rutilans perpetua viriditas, puritas inviolata integratis amatix, fetidum Veneris nullatenus patiens corruptilam! Ad huc felicula stupefacta conticuit.

Vix pulchritudinis sancte virginitatis specimen et speculum? S. Pulchera Augusta illa Arcadii imperatoris virgo fuit perpetua et gloriosa, utpote quae Theodosium imperatorem fratrum suum juniorum, in pietate omnique virtute ad regnum edecavit, coequo mortuus ipsi succedens in imperium, nupsit Mariano, quemque creavit Augustum, ut majori auctoritate regnum administraret; sed virginitatem, quam ante Deo voverat, in matrimonio conservavit, ac totam se fili tuenderet, et heres Eutychius extirpandas impedit. Quapropter tota Synodus Chalcodonesis ei acclamavit: « Nova Helena, minime Orthodoxorum, et gloria Ecclesiastiarum. » Denique quod in imperatoribus rarum est, sua castitate, justitia et sanctitate meruit catalogo *Sacerdotum* adscribi die 10 septembri. Talis quoque fuit S. Cunegundis, que castitatem pariter cum Henrico imperatoris marito suo conservavit, atque in eius testimonium nudus pedibus illa super candens ferrum ambulavit, ac mortuo marito monachorum a se fundatum ingressa, monachamque professa, quindecim annos mira humilitate, abstinentia et penitentia traduxit; unde sanctorum fastis adscripta legitur die 3 martii. Nimurum tanto impati fastigio castitas, quasi sol toti obliclaris effulget. S. Elizarius, comes Arianus, cum conjugi Delphina intactam servavit virginitatem: quoqueira D. Mablin nobilitate et pietate illustris videt in spiritu sanctum juvenem spectabilem induitum, per amplam planitatem mandibulam vexillum candidum et illustra, cuius elegancia et splendor totum aereum et planum illuminareret; sequebatur autem eum immensa multitudine hominum cuiusvis etatibus, sexus et ordinis. Cumque illa visionis explicacionem a Deo posceret, audivit: « Hee est virginitas et sanctitas Elizarius, quem totus orbis venerabitur, et multi eum sequentur: » ita habet ejus *Vita apud Syrium* cap. xvi, ad diem 17 septembri.

Praelare S. Ignatius, epist. 13 ad Hermonenses: « Virgines, ait, serva, ut protoss Christi monilia; » et S. Cyprianus, lib. *De Habet. Argum.*: « Flos, inquit, est illa ecclesiastici germinis, deinceps atque ornamentum gratiae spiritualis, meta indoles laudes et honoris, opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sancte-

tem Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesie matris gloriosa frumentum, quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augescit. » Sic Vestitulum virginis Romanis erat admiratione, cum tamen illa esset emptita, temporaria, ac fastu plena, ait S. Ambrosius in *Symmachum*: nam ut ait Naumachius illustris poeta, sed gentilis:

Pulchrum est corpus castum habere, intactumque manere. Virginem, et pars semper cogitationibus detectari, etc. Permaneat quasi reginam imbecillum mulierum, Octium splendidum ad eam vitam erigendo, in qua gloriose veraque sunt mepha, ubi commixa Divinis verbis, lumine plena meditationes part.

His virginitatis elogii accussum S. Casimirus, regis Polonii filius, eam ita adamavit, ut, etiammodum assenserent cum morbo, quo laberat, liberari non posset, nisi uxori disceret, ad idque pater et regni processus cum urgenter, ipsis tamen constantier responderet: « Malo mori virgo, quam vivere non virgo. » Dixit, et fecit, idque velut virginitatis hostia, in sanctorum virginum album ab Ecclesia inscriptus est die 4 martii. Fuit ergo ipse velut armelius, qui a venatoriis luto aggere circumdatus, maulti capi et mori, quam egredi et fodari; unde civis eius Lithuanus hoc ei anagramma derelunt: « Casimirus, sun a Iris, in qua similec irradians Sol iustifie sunum ei castitatis fulgoris afflavit. Et hoc epitaphium:

Sponde casis, sed amore casis, Casimiro, pudoris.
Mirus, te Christo mirificante, casis.

Fuit et primus Societatis nostre patribus P. Jacobus Ledesma, insignis theologus, ac religiosa morum sanctitate conspicuus. Huic sub initium vocacionis de perpetuanda castitate formidanti, Brivis apparuit B. Virgo sole pulcherr, comitata S. Maria Magdalena, S. Catharina Alexandrina, et S. Catharina Senensi, eique donum castitatis per omnem vitam promisi: que dura in celum rediret, tres ejus comites jam recenside hoc carmen suaviter modulabatur: « O quantum est donum castitatis, quod Deus confortat! ita refert noster P. Franciscus Sacchinius, part. II *Histor. Societ. Jesu*, lib. I, num. 63. Lega *Vitan* S. Juliani et Basilissae conjugum, sed virginum, ac mira haec de invenies: existat apud Surium, die 9 januarii. Vide S. Athanasium, *Terrellianum*, *Cyprianum*, *Augustinum*, *Basilium de Laud.*, *virgin.*, ac *Chimachum*, *gradus* 15, et *Castigatio*, *colat.* XII.

Audi unicum S. Athanasium haec exclamatione tract. *De Virg.* concludentem: « Magna virtus continentia, magna gloria castitas, magna sunt virginitatis precepsa. » Virginitatis divitiae incomprehensibilis! Virginitas corona immarcabilis! Virginitas templum Dei et Sancti Spiritus domicilium! Virginitas margarita pretiosa

apud multos latens a paucis vero vix inventum. O continentia amica Dei, et apud sanctos laudata! O continentia vulgo invisa, sed illis, qui te digni sunt, nota! O continentia mortalem et inferos effugias, et immortalitati adherens! O continentia gaudium prophetarum, et apostolorum gloriarum! O continentia angelorum vita, et sanctorum hominum corona! beatus qui te tosat, beatus qui per patientiam tibi constanter adhererit, quoniam postquam paululum laboraverit, multa recipiet munera in te. Beatus qui per totum hoc tempus jejunari, quia in alterna Hierosolyma habitabit, cumque angelis chorae duet, cumque sanctis Prophetis et apostolis requiem habebit. »

Symbolice, quam pulchra est generatio Christi, tum eterna et divina, tum temporalis et humana! utraque enim est casta et virginea, quia secura facta est sine matre, humana sine patre ex Spiritu Sancto; unde Christus in ecclis est *zeugos*, id est *carenus matre*; in terra vero *zeugos*, id est *carenus patre*. Ultraque pariter est clara, immo clarissima; unde de priori dicitur, *Psalm. cxix*: « Teneam principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. » Ita Angelus de *Poz.*, *Expos. in Symbol.* cap. XIV.

CUM CLARITATE. — Grace cum virtute, inter quas quia eminet charitas, hinc S. Bernardus et Petrus Blesensis, epist. 36, legunt cum claritate: auch S. Bernardus, epist. 42 ad *Hereticos*: Castitas sine charitate lampas est sine oleo; subtrahit oleum, lampas non luet; tolle charitatem, castitas non placet. Sed, o quam pulchra est tu! Superbus clamat, *Sapient.* iv, 1) casta generatio, cum claritate cum illa, inquam, charitate, quam describit Apostolus, de corde puro, et conscientia bona, et non ficta. » Noster verit, cum claritate, quia grecorum *zeugos*, et latini virtus, sepe significat vites, robur, excellentiam, prastantium, celebratorem, gloriam; unde illud Virgilii:

Tunc pudor incendit vites, et conscientia virtus.

Igitur *et cum claritate accipi potest primo*, ut sit cuim quod grecum cum virtute, virtus enim sola perparit laudem et claritatem; unde a poetis *virtus* ^{la} sepe vocatur *laus*, ut alibi ostendi. Secundo et genuine, *et cum claritate idem est quod clara*, ac jungendum est cum *quod pulchra*, q. d. O quam pulchra et clara est casta generatio, sive ratio! castitas enim solet sibi sociare ceteras virtutes; habet ergo laudem, decorum, claritatem et gloriam aliarum virtutum, et quod sit *zeugos*, id est *robur* et *fortitudo* maria, quae omnia superat, ex victrice de omnibus cupiditatibus triumphat: que sane ingens est ejus claritas et gloria.

Mystice, Lyranus accipit claritatem conscientiae, que justis datur, presertim castis: quocirca experientia constat castitatem esse matrem sapientiae, facereque ut conscientia aquae ac incensum et mens maria claritate pollet et resplendet. Porro grecorum *zeugos*, id est *zeugos*, indicat certi-

COMMENTARIA IN SAPIENTIAM, CAP. IV.

239
tatem egere magna fortitudine et robore militari, et quasi martio: *agri* enim dicta est ab *Apx.*, id est *Mars*; virgines ergo sunt quasi martes, qui assidue per castitatem duro ac difficulte prelio confligunt: sic et virtus dicta est a *vi*, et a *viro*, quasi virilis, castitas enim facit virgines viriles, et quasi viros; ac virili vi omnibus tentationibus mundi, carnis et demonis resistit. Sensus ergo est, q. d. *Fili*, sibiantes suos parentes, illi sunt pulchritudini et robori, indequa claritati et glorie; at major est castitatis et virginitatis pulchritudo, robur et claritas, quam ipsa castis communicaat, ut ob has tres doles celebris et gloriose sit, castosque gloriose faciat apud Deum, *aque* ac apud angelos et homines universos.

Denique S. Cyprianus (sive Origenes, ut volunt nonnulli), tractat. *De Singul. Cleric.* paulo ante finem, totum hunc locum citat, et ex eo probat clericos et castitatis studiosos non posse habitare eum famulos: sie enim ait: « *Nelius esse sine filio cum claritate; non est sine filio cum claritate, nisi singularitas sola, quam non solum conscientia sua nullis sordibus maculat, sed etiam nulles opiniones suspecte parvillatis infamant: nam si castitas, quod est difficile, masculum et feminam pariter in virginitas conservet, non habet claritatem, quia communias ipsa non potest nisi quibusdam propositas, tenebris obscurare; singularitas vero ita clara est omnibus ex eruta, ex cunctis splendore sui candoris pura manifestetur et lucet.* »

IMMORTALIS EST ENIM MEMORIA ILLIUS: QUONIAM ET APUD DEUM NON EST, ET APUD HOMINES, — quam proxime nulla temporum, nulla viscidissimum, nulla seculorum debilitate oblitio; sed eius memoria et gloria perennis floribet tamquam, quamvis Dei et angelorum hominumque omnium durabit eternitas.

Probat castis generationis, sive nationis et generis pulchritudinem et claritatem, ex eo quod immortalis sit memoria, et eterna gloria illius apud Deum et homines, quam prouida opponit et anteponit fluxus et caduce filiorum propagationis, cuius memoria et fama ad modum tempus durat, et cum illis interit. Errant ergo, qui per filios querunt immortalitatem, ac suum nome et stirps eternam satagni, cum vera immortalitas querendi sit ex virtute et castitate: haec enim apud Deum et homines eternam habet laudem et gloriam. Generatio perpetuatur corruptibilem species, cum individua perpetuari nequeant, teste Aristotle *De Generat.* et justi castique memoria, quin et anima, ejusque felicitas et gloria, perpetuatur in ipso eius individuo.

Greci significantibus habent, *άρεα τὰ τέλη τῆς ζωῆς*, id est *immortalitas enim est in memoria illius*, scilicet virtutis, que precessit, virtutis, inquit, qua quis sterilis esse mavult et illiberis, ex amore virginitatis vel castitatis conjugalis, quamvis et alienis et alienigenis filios procreare:

Virtutem incolunem odimus,
Sublatam ex oculis querimus invidi;

et illud: « *Minutus praesentia famam.* » Verum visiris probis castitas cum adest, mirabilis et imitabilis est; cum vero abest, desiderabilis. Exem-

pium est in S. Augustino qui concubine astricatus, ab ea se expeditum per exempla sanctarum virarium. Audi eum, lib. VIII *Confess.* xi: « *Apprehiebat, inquit, ab ea parte, qua intenderam faciem, et qua transire trepidabam, casta dignitas continentia, serena et non dissolute hilaris, honeste blandiens, ut venirem, neque dubitarem, et extends, ad me suscipiendum et amplectendum, pias manus, plenas greibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellae; ibi juvenus multa, et omnis etas, et graves viduae, et virgines annis, et in omnibus ipsa continentia nequamque steriles, sed fecundae mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: Tu non poteris, quod isti et ista? an vero isti et ista in semiperfici possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus corum me dedit eis. Quid in istis, et non stas? Projice te in eum, noli metuere, non se subtrahet ut cadas. Projice te, securus excipiet te, et salvabit te. Et erubescet ab nimis. » Quocumque S. Basilus, hom. *De S. Gordio martyre*, ait: « *Cum in sanctis voluminibus Mosis vitam, mortum lenitatem, nostra natura magnopere optatum audimus, statim emulamur. Joseph dum audimus, aut legimus vitam illius, assequi castitatem magnopere cupimus. Si vero Samson narratur historia, ad illius imitandum fortitudinem accedimus.* »*

ET IN PERPETUUM CORONATA TRIUMPHAT INCONQUATORUM CERTIMUM PREMIUM VINCENS. — Graeca est, *ἀπόκριτον ἀγώνα νίκην*, id est immortalem vel *inconquitorum certimum*, vel *præmiorum* (*ἀπό* enim, si ab *ἀγών*; masculino derives, idem est *quod certum*; et si a neutro *ἀγών*, idem est *quod præmiorum*, quia certamine mercenari *agonem vincens*, q. d. Castitas, ac præserit virginitas, quia durum agomen certum et tentationibus libidinis, quibus ingentia et immarcessibilis a Deo præmia proposita sunt, generose vincit, hinc corona gloria, et laurea sive aureola virginitatis coronata in celis triumphat. Hinc S. Cyprianus legit, *inconquitorum certimum præmiuum vincens*; ubi nota, *inconquitorum certima accipi possunt impotuisse*, que sciaret cum tentationibus libidinis, nullorum corpora et mentes polluentibus, ita ut vix quis eas evadat; libidinos et impollutos, a castis ita suscipiantur et superantur, ut ipsi prorsus maneat ab ipsis intacti et inconquinati. Sin veritas, *inconquitorum præmiorum*, per ea intellige, *inmarcessibilem gloria coronam* castis a Deo propositam, que nunquam marcescit, nulla morore, dolore aut timore inconquinatur, polluiror vel maculatur. Addit Petrus Faber, lib. II *Agonist.* cap. XII, et lib. III, cap. IV, *inconquitorum dic agones sanctarum virginum*, qui Deo dicantur, ut distinguat eos a contaminatis agoniibus, qui in honorem deorum, « *est deum a genitilibus celebrantur.* »

Roster pro *άρεα*, id est *præmium*, verit, *præ-*

mium metonymice, quia in agone agenotheis vincenti certamen, sive *præmium*, bravi loco proponebat *præmium*, q. d. *Castus et virgo* in tam periculoso tentacionum carnis agone *præmium vincens*, *præmium reportat*, scilicet coronam glorie, cum qua in eternum triumphat. Posset quoque per hypallagen sic exponi: « *Inconquitorum certum* » vel « *præliorum præmium vincens*, » id est *inconquitorum premiorum certamen* vel *prælium vincens*: sic *Psalm.* xviii, 6, dicitur: « *In sola posuit tabernaculum suum, pro, in tabernaculo suo posuit sollem, et Psalm. xxxii, 7: « *Ponens in thesauris abyssos, o rex, ponens in abyssis thesauros.** Sic alibi dicitur: « *Misi civitatem in ignem, pro, misit ignem in civitatem;* et: « *Calcamento habebitis in podibus, pro, habebitis pedes in calcamento, sive calcantes.* Exod. xii. *Quonodcumque vertas et exponas, eodem semper redibit sensus.* De corona sive aureola virginitatis vide D. Thomam, et S. Bonaventuram, ceterosque scholasticos in IV, dist. 33.

Audi virginum, ideoque martyrum, gloriosas coronas et triumphos celebrantem S. Ambrosium, lib. III, epist. 25 *ad Eccles. Vercell.* sub fine: « *Apud nos, inquit, et puelle de mortis appetentia sublimis, usque ad celum exerevere virtutem gradus. Quid Theclam, quid Agnetem, quid Pelagiam loquer, que tanquam nobilia vitulamina pullulantes, ad mortem, quasi ad immortalitatem festinaverunt? Inter leones virgo exultavit, et rudentes bestias expectavit intrepida. Et, ut nostra cum Indorum gymnosophistis conferamus, quod ille verbus gloria est, S. Laurentius factis probavit, ut vivus exureretur, et flammis superates disserat: Versa, mandua. Haud degener Abrahamicardum et Machabaeorum concertatus puerorum, quorum ali super flammas canebant, ali cum exurerentur, non rogabant ut parcetur, sed invehebant ut amplius persecutor inflammaretur. Liber igitur sapiens. » Subiicit deinde rarus S. Pelagia fortitudinem: « *Quid autem sublimius S. Pelagia, que vallata persecutoribus, prinsquam tamen in eorum conspectum venire, aiebat: Volens morior, nemo me contingat mani, nemo oculo protervo violabit virginem! Meum forum pudorem, mecum incolument verecundiam; nullum prædones lacrum sue capient insolentes.* » Pelagia Christum sequitur, libertatem nemo auferet, nemo captivam videt liberam fidem, insignemque pudicitiam et prosapiam prudentem. Quod servum est, hic manebit, nullus in usus debitum. » Dicit et fecit: nam antiqua a satellibus comprehendetur, ex alto se precipitan, virgo et martyris evolat in colum, ut referit idem S. Ambrosius, lib. III *De Virg.*, S. Chrysostomus et alii.*

Audi et triumphos S. Victoriae virginis et martyris: hanc enim hisce verbis ad virginitatem servandam impulit S. Anatolia: « *O Victoria, vincis diabolum, et esto vera victoria! Ego die qua-*

COMMENTARIA IN SAPIENTIAM, CAP. IV.

pleni prelum ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum juvenem auro diadematum splendidum, in vestibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie et leto vultu me inspiciebat: O virginitas, quae morte non vincitur, quae a morte perpetua liberas! O virginitas, quae non operibus tenebrarum, sed ruminia versaris! Virginitas purpurea regalis est, quam qui induit, reliquias fit eminentior. Virginitas gemma est preiosa. Virginitas thesaurus est regis immensus. Huius fures insidias tendunt. Flane tu evigilans sollicito custodi: quantumque te plus habere cognosis, instantis custodi non perdas: » His et similibus verbis et factis incita Victoria, omne pretium ornamentorum suorum et ipsa distracta pauperibus: sicut factum est ut, agentibus sponsis earum Aurelio et Eugenio, quia numeri illis virginis Christi noluerunt, a Deo imperatore urbe Roma pulse, ad predia sponsorum ducerentur, ubi fame et infelicia ita afflita sunt, ut vix ad vesperum modicu[m] panis cibarius eis daretur; nulloque pacto efficerre sponsi potuerunt, ut vel ad nabendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitali proposito invincibiliter persistens, post multa miracula facta, inter quae plurimas virginis Domino aggregaverat, percussa est gladio in corde a carnifice Talarcho, qui leprosus factus, intra sex dies verminus consumptus exspiravit. Hec omnia ad verbum habet Ado in *Martyr.* die 29 decemb.

Hoc facili illud S. Hieronymi in *Epitaph. Paulae,* de dubibus coronis, martyrii scilicet et puritatis: « Illa, inquit, corona de rosa et violis plectitur, ista de liliis. » Et illud Prudentii *Peri Stephanon*, hymno 14:

Dux corona est presuta martyri,
Inactum ab omni criminis virginis.
Motus deinde gloria libera.

Hinc et gentiles in agone certaturi vino et vere abstinent, ut fortiores evaderent, et vice coronam reportarent: experienti enim co[n]stabat fortiores, si veneri vacarent, a debilitate, si ea abstinent, superari. Audi S. Paulum, exposito ad Severum: « Confirmemus, inquit, animam castitate, quam Apostolus docet, quam etiam carnales athlete diligenter tuerentur, quo nobis impensore studio servanda est pro immarcescibili corona illa luculentibus, cum etiam pro temporali et fragili corona decernentibus excolatur; » et S. Ephrem, *De Virgin.*: « Fac sis continentis animo, vigil spiritu, abstinen[s] cibo, abstinen[s] risu, cogitationum quoque continetiam servans, ut per omnia veluti perfectus alhet innotescas; » et de lucumina spirituali: « Continentiam habeto in cibo, continentiam habeo in lingua; abstinentiam in aspectu, in cogitationi, in risu, ut affecta pietatis perfectissimus in omnibus de-

monstreris: » similia habet S. Basilius, *De Sacra virgin.* Porro virginis a gentilibus flora corona, vel ramis pinii (pinus enim est symbolum virginitatis) coronae solitas docet Carolus Paschonus, lib. II *De Coron.*, cap. xv, et lib. VI, cap. xxv.

Denique virginibus triplex debetur corona: prima, virginitas; secunda, nuptialis, qui nubunt Deo: olim enim virgines, dum nubabant, coronabantur; tertia, athletica, quia instar athletarum difficulter et durum cum luxuria agone subeunt et superant; hinc omnes penes gentes virgines, dum moriuntur, rosis et floribus coronant: virgo enim est libidinis dominitor, demonum propagator, passionum et sensuum vitor. Cui per omnia quadrat illa Machabei predela laudatio in *Machab.* III, 4: « Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et per securum est iniquus, perseruant eos: et qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis: et repulsi sunt inimici eius, et omnes operari iniquitatis conturbant; et directa est salus in manu ejus. »

MULTIGENA (græco, πολυγενες, id est multiplex, multiplicata, multa) AUTEM IMPIORUM MULTITUDINE NON ERAT UTILIS. — Est antithesis, q. d. Pro et easia virtute et castitate parvum sibi coronas et triumphos aeternos; at turba impiorum, esto plurimi, iniusti est, immo sua impunitate sibi et proximi noxia: sibi enim accerit ignes et tormenta gehennæ.

Dices: Cur ergo Deus creat homines, quos seit fore impios, et eis eos tolerat? Resp. prima, ut in eis ostendat suam justitiam vindicativam, sicut in pliis suam ostendit misericordiam per gratiam et gloriam, quam ei eligunt, ut docet Apostolus, *Rom. ix*; utque per justitiam exercitam in impios, p[ro]p[ter]e magis agnoscent misericordiam sibi praestitam, Deoque majores gratias agant. Secundo, ut per impios excoerant, purgant et perficiantur: sic Cain exercit Abelum, Ismael Isaacum, Esau Jacobum, Pharaon Mosen, Saul Davidem, Aman Mardoncheum, etc. Audi S. Augustinum, serm. 52 in *Evang. S. Joannis*: « Praeclarus, inquit, videlicte ergo quia et malis necessari sent bonis, In fornace quadam modo aurifici sunt, hoc est in hoc mundo. Si aurum non es, simul ardes; si autem es, palea tua est malus; si et tu palea es, simul eritis fumus. » Et in illa verba *Psalm.* 11: « Scut nouacula acuta fecisti dolata: Ecce, ait, quid faciunt boni mali, capillos radunt, hoc est, ut mox explicat, oblaturus est malus bona temporalia. » Tertio, impi p[ro]p[ter]e multa exhibent ministeria circa artes mechanicas, mercimonia, aliasque res temporales quibus excellunt, utpote toti intenti lucris, fabricis, politiis, etc.

ET SPURIA VITULAMINA NON DABUNT RADICES ALIAS, NEC STABILIS FIRMANTEUM COLLOCABUNT, — q. d. Si et spurie plantae non agnoscunt altas radices, ideoque cito exarescunt et pereunt, sic adulterorum

COMMENTARIA IN SAPIENTIAM, CAP. IV.

et impiorum adulterini et impii filii cito deficiunt, nec stirpem aut familiam propagant: spurie plantæ enim sunt filii nostri et illegitim. Unde Syrus Verit[er], et qui sunt ex alieno semine, non dabant radices in profunditate; Arabicus, non fundabant radices altas germina eorum. Spuria vitulamina ergo sunt adulterina plantationes, t[er]tius legunt hic S. Bonaventura, Lycanus, Hugo, Holcot et Theophilus: has enim significat grecum υπερβολαις, id est nothe, vel spurie et adulterina planta: nam vox vitulamina in nullis lexicis, vel auctoribus classicis modo repperitur; unde S. Augustinus, lib. II *De Doctrina Christ.* cap. xii: Quia, inquit, υπερβολαις vitulus dicitur, υπερβολαις quidam non intellexerunt esse plantationes, et vitulamina interpretantur sunt. Qui error tam multis codicibus praecopavit, ut vix inventari alter scriptum; et tam sententia manifestissima est, qui clarescent consequentibus verbis: namque adulterinae plantationes non dabunt radices altas, convenientias dicuntur, quam vitulamina, que pedibus per terram graduntur, et non herent radibus. Hanc translationem in eo loco etiam extera contexta custodiuntur. S. Augustinus sequitur Janusius, qui lectorem Vulgatam, que habet vitulamina, velut vitulam, aut minus congruam repeat, uti S. Bonaventura, Hugo, Vatablus, Clarus et Polydorus Virgilius in *Adag. Sacr.*, lib. II, adagio 379.

Verum spuria vitulamina legunt hic omnes codices Vulgate editionis, quam, quia authenticare probavit Concilium Tridentinum, sess. IV, nulli catholico jam rejicare fas est: sic quoque Optatus Milevitanus, lib. IV *Contra Parmen.*, legit, spuria vitulamina, et filios adulterorum, et explicit de hereticis: « Apud quos, inquit, sunt sacramentorum falsa coniunctio, et in quorum thoris iniustas inventur, ubi in exterminium fidei corrupta sunt semina. » Videtur ergo vox vitulamina illo modo usus recepta.

Porro spuria vocatur, qui ex matre nota, patre ignoto vel ignobilis nascitur; unde veteres denabant spurium per S. P., quasi dicas, sine patre. Spurius autem dicitur a οπταις, id est semen, quod nil habeat a patre nisi semen: ne enim in fornicatione, statim et barematem supedit: ita S. Isidorus, lib. IX *Orig.* cap. v, Plutarchus in *Quast.*, Sigmogenus *De Nom. Rom.*, et alii. Addit S. Isidorus, spurium dici quasi extra portitum, id est immundum; alii spurium dici dant, quia non sunt purum; etiam spurium sive spurcum; verum prius etymon est genuinum.

Dico ergo apte nostrum Interpretem vertisse, vitulamina: prima, quia graecizat, ac imitatur Graecum, qui a υπερβολαις vocalis, id est a vitulo vitulamina; υπερβολαις, id est vitulamina, Graeci sunt surculi, qui ex arbore dempi seruntur sive plantantur, ut in fructem arboreum exercent; item rami tenelli, qui ex arbore in humum deferuntur, ut falea sive clavola ex olea,

malleolus ex vite: υπερβολαις enim idem est quod surculis ex arbore dempi sero, ramos tenerimos ex arbore avulso planto, plantaria seu vivarides instituo. Sic S. Bonaventura ait S. Ambrosium in quadam epistola scripsisse, vos estis nobis vitulamina; dici autem a vite, que est generosa plantatio. Addit, radix arbore vocatur taurus, cum non est vitulus, vel vitulamen? Audi Quintilianum, lib. VIII, cap. ii: Sicut in his, que homonyma dicuntur, ut taurus animalne sit, anmons, an signum in celo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. » Sie υπερβολαις grecis et vitulam, et pampinum, et viviradicem, id est plantam, que cum viva radice seritur, quasi vivam radicem habens, significat: unde υπερβολαις vocatur stola, planta tenera, novelis ramis, malleolus vitium, viviradix. Secundo, quia vitulamen est vox latina, et apposite significat vagam, petulantem et instar vituli vitulamentem luxuriantem spuriarum plantarum, seques ad adulterorum: vitulam enim Latinis idem est quod latrari, excutire, lascivire instar vituli, unde vitulamen est ipsa lascivia: ita Festus, Nonius et alii. Jam sicut homines dicuntur lascivire et vitulare metaphorice, sic et plantæ cum ramis luxuriant: est enim analogia et similitudo interpretationem plantarum, bestiarum et hominum: unde sicut vitulam dicuntur homines, cum more vitulorum saltant et luxuriant, sic et plantæ: quare apposite Interpres noster a stolidis et petuolis vituli vitulatione, stolidis et lascive luxuriantibus plantas, sive stolones vocavit vitulam.

Paulo alter Cervantius: Vox vitulamina, inquit, significat degenerantes, infruitiosas, stolidas, luxuriantes plantas, que ad trunca vites, a qua nomen accipiunt, nascent, solent, et vitibus officiant, et in pubulum vitulorum a terra proferantur a vitulis, seu bobus arato: sic impii adulterinos, degeneres, steriles, stulti et molles in adversis sunt, ut eis succumbant facile: et Christo Domino, « viti vere, *Jean. xv.*, et palmithibus » ejus, sive Ecclesiœ, vineas Deo iucundissime, spectissime et pretiosissime, pro viribus detrimunt affere amant et ardentes; sed non du vigeunt, non maturant, ut ingenio respondeant; certa manent supplicia plantas istas, *Iose. v.*; *Jerom. xii.*; *Ezech. xv.* Sic et ali vitulamina non a vitulo, sed a vite deducunt; sed si potius dicenda essent vitulamina, sicut dicitur vituligo, non vitulamina, nisi dicas: vitulamina ad vitulum, neque ad vitum alludere.

Sed cum vitulamina, id est plantæ, vel rami, vocant spurie, qui altas radices non agant?

Resp. primo: Spurie herbas et plantæ sunt, que a genuinis degenerant, item false, que genitum speciem habent, at non vim et indolem: sic olea in terra sterili sylvestravit, et degenerat in oleastrum; spurius ergo ramus oleastrum, si inseratur in oleam, vel non coalescit cum ea, nec

crescit, vel certe indolem et bonitatem oleo non caput, nec imbibit; unde Theophrastus, lib. I De Caus. plant. cap. vii, urbanas arbores ait inserendas esse per inoculationem sylvestribus, non vero sylvestres urbanis, puta oleam inserendam esse oleastro, non vero oleastrum oleo: « Quamobrem, inquit, satia oleastris inserere postmodum, vel inoculare praecipiunt: coeunt enim et apprehendunt validius, et radix plus atrahens nutrimenti probe fructificare arborem facit: nam si e contrario sylvestre in urbano servis, tametsi differentia quedam erit, tamen bona frugis arbor nunquam profecto redditur. »

Secundo, per spuria vitulamina, id est spurias plantas et surculos, accipi possunt rami multiplices et densi, quicunque arbor, vel vitis humore luxurians ad radices suas progingit, sed deinde deficiente humore et succo alere nequit; unde eosdem sua umbra encat. Audi Plinius, lib. XVII, cap. x: « Natura et plantaris demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa, et parente matre, quas enecet: ejus quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, puniceis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc garene rami, parcent solobi, ut ulmarum palmarumque; nullis vero tales pulli provenient, nisi quarum radices amore solis atque imbris, in summa tellure spantur. Omnia ex non statim moris est in suis locari, sed prius nutriri dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam sylvestres: sive arborum quoque, ut hominum nature novitatis et peregrinationis avida est; sive discendentes radices relinquent, mansuetaque tractunt (sea ferre), dum radici avelunt planta. » Puto Plinius vocat ramos teneros, qui molles sunt et delicati, instar pullorum et puerorum: simili modo luxuriosi et adulteri magnam spuriorum sobolem progenerant, sed ob exhaustas libido vires debiles et infirmi, quam deinde agre et neglegunt alunt; unde omnis illa facile deficit et emoritur, vixque sobolem longavam post se reliquit.

Tertio, plantae a nativa sua bonitate et indole degenerant, fluitque spuriae, si in aliis locis priori dissimilium, vel minus sibi commodum transferantur et transplantentur, tuncque facile exarcent: audi Columellam, lib. III, cap. v: « Deposite stirpes valido solo, quanvis celeriter comprehendant atque prosiliant, tamen cum sint vivarides factae antequam transferantur, resurgent, nec adolescere queunt; » et clariss. cap. ix: « Tantum retulerit, ut in transferendis seminibus similius statim celi locique, et ipsius vitis habitus observemus: quoniam plerumque degenerant surculos, si aut situs agri aut aeris qualitas repugnant, aut etiam si ex arbore in jugum defertur. Itaque de frigidis in frigida, de calidis in similia, de vineis in vineas transferemus. »

Quarto, spuriae plantae sunt, que a vermisbus

erosae aut carie exesse, aut auragine aliave vito parerent, vigorem suum perdidere, ideoque marcescunt et tabescunt. Tales rami sunt stolidi stolones, qualis est talea, sive clavola ex olea, malcolus e vite, qui prouoce planari nequit, ut radices agat et pululet.

Quinto et optimae, spuriae plantae et rami sunt, qui alterius speciei ramis semine injecto inascentur, qui quia in iis altas radices agere resqueunt, hinc crescere non possunt, sed eis exarcent: sic Theophrastus, lib. De Causis plantarum, cap. xxxii, narrat visum esse terebinthum nasci in olea, et polypodium in arboribus, et laurum in platano et queru, causamque subdit: « Cum enim, inquit, in parte arboris pteridina penat in terram conversam, semen desiderat, pululat vivitique, alimentum capiens ex subiecta arbore; » sed quia id modicum est, hinc mode pariter vivit, et crescit.

Rursum sunt quedam plantae, que natura sua non nisi ramis alienae arboris inascentur, quis si ab iis avellas et plantes, ut fiant viradices, arescent et moriuntur. Talis est viscus, qui est frutex, ex quo fit viscus, sive glutinosa: hic enim frutex arborum nonnullarum ramis adherens, per hiemam vires, baccas autumnum ferens, quibus vescuntur turdi, merulae, palumbes. Nascitur in queru, pomis, pirs, tiliis, betulis, salicibus, mespills, cotoneis et aliis arboribus. Si in terra seratur, non prodit; solus arboris comes est, nec nascitur nisi semine per avem aliquo alvum redditio. Fertur, inquit Atteneus, lib. IX, si avis visum semini comedat, super quamque arboris ventrem exoneraverit, viscum nasci. Unde Virgilius, VI Enni.:

Quale solet sylvis bruni frigore viscum
Frondi virere, nova, quod non sua seminal arbo,

Et cruce facta terete circumdate ramos.

Idem docet Theophrastus, lib. II De Causis plantarum, cap. xxiii et xxiv: « Hyphecar, inquit, et stelis in abieta pinisque nascuntur, viscum in queru, terebintho, » etc.; et cap. xxv, docet quedam plantas indigenas aliis, quibus incombant, ac proinde iis adnasci, quales sunt similes serpyllum, hedera, que proinde si separantur, per se considero nequent, sed exarcent. Et Plinius, lib. XVI, cap. xlv: « Quedam, inquit, in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur: namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum. » Tales proprie sunt adulteri, qui ex aliena uxore adulterinos filios progeniunt, quasi spuria vitulamina, que proinde in terra hac generationalis et propriae radices non agunt. Subdit Plinius: « Est et in Syria herba, que vocatur *cadytas*, in a tantum arboribus, sed ipsi etiam spinis circumvolvens se: item circa Tempore Thessalica, que polypodium vocatur, et que *dolichos*? ac *serpyllum*? oleastro quoque deputato (ampullato, rescoto) quod

signatur vocant *phaenos*; quod vero in spina fuliginea, *hyperbiston*, calyculis inanibus, foliis parvis, radice alba, cujus succus ad detractiones in comitatu morbo utilissimus habetur. Visci tria genera: namque in abieta, ac larice stelin dicit Eubora nasci, hyphecar Arcadia; viscum autem in queru, robore, ilice, pruno silvestri, terebintho, nec aliis arboribus adnasci, plerique. Copiosissimum in queru, quod dryos hyphecar vocant. In omni arbo, queru et ilice ex-upta, differentiatione facti odor virusque; et folium non jucundi odoris in utroque, visco amarus et lumen. Atque haec sunt fructus amari, quos hic subdit. Sapiens, dicens: « Et fructus illorum inutiles, et scribi ad manducandum. »

Concludit Plinius de visco: « Omnino autem satum nullo modo nascetur, nec nisi per avium avium redditum, maxime palumbis et turdi. Hoc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. » Sic ergo fungi et viscum innascuntur alienis arbori, nec ab ea se alvi sinunt; sed si eos avellas et plantes, radices non agunt, quin immo emoruntur et exarcent, fructus vero eorum sunt insipidi et amari: sic prorsus impiorum et adulterorum impia et adulterina proles non nisi in adulterio, quasi in alieno solo nascitur; hic per se vitalis non est, nec per se considerate, aut stirpem propagare, et familiam propriam fundare prebeat, sed exarcent et deriperit; fructus quoque eorum amarus et acerbus est, ut mox ostendam.

Exemplo sit Augustus Cæsar, qui, libidinibus et stupris vacans, proles non nisi similes sibi, nempe duas Julias, filiam scilicet, et ex ea nepenti, utramque luxuriosum ad suum probrum reliquit, in eiusque sobsobles exstincta est. Idem contingit Julio Cæsari, C. Caligulae, Neroni, ceterisque imperitoribus adulteris et luxurie dedilis, qui nullam prolem tanti imperi hereaderent reliqueru. Lega Suetonium, aliosque, qui viles Cæsaron scripserunt.

S. Augustinus unum ex concubina filium suscepit, nomine Adelodatum; sed et hunc puerum mors abstulit, ita providente Deo, ne tanto Ecclesiæ doctori futuro infamiam, vel remoram aliquam crearet, de quo ipse ita scribit lib. IX Confess., cap. vi: « Munera tua tibi confiteo, Domine Deus meus, creator omnium, et multum potens reformatre nostra deiformia: nam et ego in illo pueru preter delicium nihil habebam, etc.; cito de terra abstulisti vitam ejus, et secundum eum recordor, non timens quidquid puerita, nec adolescentia, nec omnino homini. » Sic Deus occidit parvulum natum Davidi ex adulterio cum Bethsabé: causam querit Theodoretus in lib. II Regum. Quest. XXVI, ac respondet: « Virus erat sutorum argumentum scleris paterni; pii ergo regis qui erat etiam Propheta, curam gerens Deus, non sivit eum vivere. »

4. Et si in ramis in tempore (id est ad tempus,

grace enim est της καιρού) GERMINAVERINT, INFIRMITER POSITA (græce βλέπεται, id est ascendenta, siccresentia) A VENTO COMMOVEBENTUR, ET A NIETATE VENTORUM ERADICABENTUR, — q. d. Esto spuria plantæ, id est spurii et adulterini filii, ad modicum tempus succrescant et prospereant, tamen mox vento quoquam adversitatis concutentur et conveleantur, eoque crescente eradicabuntur, presentem dum vident cogitantque se ab infami parentum luxuria progenitos, ab iisdem negligiti, et ab aliis contemni; quo fit, ut et ipsi vicissim parentes parvipendant, nec ab his corrigit se nimis, sed libere, eaque ac ipsi, sue concepitione et luxuria indulgent, itaque vitam sibi abbrevient, opesque, famam, vitam et animam perdant, idque justa. Dei vindicta, qui impios cum suo semini et propagine funditus extirpat, sepe in hac vita, et semper in futura, iuxta illud, Isai. LXIV, 6: « Cecidimus quasi folium universi, et iniuriantes nostra quasi ventus abstulerunt nos. »

Sapiens de more secutus Siracudis de adulterinis filiis, ita ex Deo ominat: « Non tradent filii ejus radices, et rami ejus non dabunt fructum: derelinquet in maledictum memoriam ejus, et dedecet illius non delebitur, » etc., Eccl. cap. xxii, 35: vide ibi dicta.

5. CONFRINGENTUR ENIM RAMI INCONSUMATI, ET FRUCTUS ILLORUM INCUTIES ET ACERBI (græce ἀσπερα, id est fructus intempestivus, immaturus, crudus, nequum calore solis percossus, idque acerbus) AD MANDUCANDUM, ET AD NIHIL UPTI. — Idem dicit, aliisque et aliis verbis exaggerat: a capite enim precedentem, vers. 16, hucusque iterando urgat et incuties adulterinorum filiorum vilitatem, infamiam, sterilitatem et vita brevitatem; unde eos vocat *ramos inconsuertos*, id est, qui non pervenient ad perfectionem et consummationem, et fructus illorum *acerbos*, id est proles eorum pravae et malignae: imitantes enim suos parentes, que proinde ante maturitatem, quasi fructus crudii decerpuntur et avelluntur. Rursum *fructus*, id est opera, consilia et machinationes eorum aliis sunt acerba, id est noxia et extitila. *To confringentur* significat eos mori violenta morte, utpote immatura, et subinde per vim illata. Hoc facit illud, Job. xxii, 16, de impiis: « Qui sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subverit fundamentum eorum. » Ad hanc Sapientis gnomen alludens S. Paulinus, epist. 33 ad Desiderium, ita pie precatur: « Deinde ego ad vigilantium sollicitudinis excitatus, omni hora paratus assistam et Domino absente sim trepidus, ut adveniente securus sim; omni tempore, omni die me ferilem sibi Christus inveniat, id est ut nunquam cuiquam operi voluntatis illius impunitus appearam; sed si forte in tempore iracundie desideraverit a me pacem suam, non si mens mea per iracundiam acerbitudinem cruda concordie, nec expectem ut sol occidat super iram meam,

ne occidat vita mea, si ante clausuram vespere diem, quam extinxerit pax funorem. » Causamque subdit : « Et hoc est, quod voluit intelligi per Evangelistam nobis indicando, non suo tempore fructum ab arbore se pelisse, ut omni tempore homo se fructum Dei debere cognoscet : quia bonus Dominus, qui hominem mortalem immortalitati preparat, jam et in hoc seculo vult eum speciem perpetuitatis induere, ut fructum non accipiat de tempore, sed omni tempore sit aeternus illi, cum quo val in quo manus rursus est sine tempore. »

6. EX VERSIS ENIM SOMNIIS (perperam multi pro somnis legunt omnes, greci enim est πνευμα, id est somnus). FILII QUI NASCUNTUR, TESTES SUNT NEQUITILE ADVERSUS PARENTES IN INTERROGATIONE SUA, — q. d. Filii nati ex inique concubitu (qui fieri solet nocte), tempore somni : sic cap. VII, vers. 2, ait auctor secundum deceptum somni convenientem, ubi plura hac de re: est honesta periphrasis rei turpis, per somnum enim recte nota concubitum) testes et indices sunt nequitiae, puta luxurie et adulterii parentum, dilessio facile, sed relapsa illos accusant in interrogatione sua, id est in inquisitione seu examine, q. d. Si quis inquirat, examinet, aut interrogat filios spurious: Quis tuus es pater, quae mater? intelligit eos fuisse forniciarios, vel adulterios, id est sceleratos et infames. Filii ergo spuri testes sunt nequitiae, id est luxurie et illiciti concubitus parentum: quare parentes, qui sua famam consulunt, filios spuri celant, et a se alienant, ac secreto ercent curant, qui enim in illis gloriantur, do sibi turpitudine et infamia gloriantur. Rursum spuri sunt testes nequitiae parentum, quia sepe per semen vitium parentum, luxuriam, levitatem, iracundiam, alia que via conturbant, eaque palam ostendunt: fructus enim mali sunt indicias arboris maleficis videmus non raro spurius esse salaces, verutios, fallaces et viliosos; quia de causa, aquae ac ob infames natales arcent sacerdotis et sacerdotis. Adulterina ergo proles est infasta, et laborat infamia, quia nunquam elutur: quare de adulterio recte dixi Job, cap. XXXI, vers. 12: «ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina. » Legitimi ergo filii probiores sunt spuriis, quia illi virtutem, hi vitium parentum participant: hanc causam dat Aristoteles, III Polit. cap. VI. Ideo apud Stoitem, serm. 88: « Causas, ait, iam diximus, quoniam videlicet nobilitas virtus est generis; virtus autem res laudabilis studiose digna est. Item genus in quo multi studiosi bonique fuerunt, laudem studiumque meritorum: fit autem talis genus cum principiis eius laudabile fuerit: principiis enim hanc facultatem habet, ut multa officia quale ipsius est. Hoc opus, hec vis est principiis, ut plurima sibi reddit similia. Cum igitur unus talis in aliquo genere fuerit, adeoque bonus,

ut virtus ab ipso in multis estate transfundatur, hoc certe genus omni laude studiose dignissimum erit: sic enim permulti sicut studiosi homines, si genus humanum sit, nam in equis etiam et canibus, aliisque animalibus eadem ratio est. » Plures haec de re dixi Proverb. XXXI, 10.

7. JUSTUS AUTEM, SI MORTE PREOCCUPATUS Fuerit, IN REFRIGERIO Erit. — Occurrit facile objectione, dixit enim impios et adulterios, eorumque filios, quasi acerbos fructus prematura morte abripit. Objicit quis etiam justos, eorumque filios, subinde premature mori: occurrit, et responderet mortem eorum, licet respectu naturae et aetatis prematura videatur, ipsis tamen esse matutinam, tum quia transfert eos ad quietem et gloriam aeternam, tum quia ab ipsis prevista est, immo expectata et optata: quare mors eos paratos invitit et expectantes eam, quasi transitum ad meliorem vitam. In refrigerio, greci, in repose erit: in purgatorio enim etiam est requies, ait Dionysius, proper certitudinem de salute, suffragia vivorum, et consolationem angelorum. Mors ergo justo est requies, somnus, cessatio a labore et dolore, rebeatio, id est non immatura, sed ipsa maturitas; unde ex Graeco verbi potest, justus si præveretur vel preoccupatus finire scilicet vitam viteque labores; vel justus si assequatur quod contendit (si viti compos fiat, si perveniat quo cupit scilicet ut finat vite labores), in repose erit.

Justus ergo hoc sensu non preoccupatur morte, quia ipse mente preconcepit, anteverit preoccupat mortem: dum enim manu surgit, premeditatum habet illud Antoni: « Cogita hunc diem ibi fore ultimum: » sic ergo agit, sic vive, quasi opera et merita cum vita inlinus hodie; et Iud S. Hieronymi: « Sic vive, tanquam quotidie moriturus, siestude, tanquam semper richirurus. » Quare justus et sapiens bona que destinat, non differt in crastinum, sed eodem die, si potest, exequitur; si non potest, bonam voluntatem, et exsequendi, cum liebet, propositum Deo offert: memor enim est illius dicti, Eccl. IX, 10: « Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quia tu properas. » Faciebat ita noster P. Joannes Maltonius, suo aevi Francia oraculum, qui quodlibet quatenus faciebat examen mortis: « Examinabat enim conscientiam, num quid in ea esset, quod illi angorem aut molestiam creare posset in hora mortis, et si quid tale inventebat, illicet amovebat: quare componebat se suasque rationes quotidie, quasi eo die moriturus: nam, ut ait Climachus, gradu 6: « Non est presentem diem pertransire, nisi hume esse vñnam tollis vita nostra existimemus. »

Transit ab hypothesi ad thesis, a specie ad genus, puta a casto ad justum: qui enim castus est, facile est et justus; qui vero inessus, injustus: ratio est, prima, quod inter eas est justitia chris-

ana partes et virtutes castitas sit difficilest: unde ipsa ut se tueatur et conservet, ceterarum virtutum praesidio indiget: quare qui eam habet, ceteras quoque habet oportet; qui vero illas non habet ac proinde injustus est, difficile, immo impossibile est, ut diu castitatem conservet. Secunda, quia sapientia (de qua toto hoc libro agit Sapientia), hoc est prudentia et virtus, individua comes est castitas, sicut insipientes comes est libido. Tertia, quia omnis probus castus est, omnis improbus adulterii coram Deo: violat enim, per inobedientiam et peccatum, fidem Deo in circumscriptione, vel baptismi datum, aut dari debet, iuxta illud, II Corint. XI, 2: « Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo: » quoceira Salomon in Proverbis, maxime cap. IV, vers. vi et vii, operose filium sive discipulum, quem ad sapientiam instruit, dehortatur a libidine, ut pote summo sapientie impedimentum.

Audi nunc S. Barnardum, epist. 103 ad Romanum: « Justus quippe mortem elsi non cavit, tam non pavet. Denique si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem et justus, sed secure, quippe cuius mors, ut presentis est exitus vite, ita introitus melioris. Bona mors ei peccato moriaris, ut justitiae vitas. Haec mors necesse est precurrat, ut sequatur illa secura. In hac vita quadruplum durat, comparata tibi illam que semper durat. Num vivis in carne, more mundi, ut post mortem carnis Deo vivere incipias. Quid enim si considereris mors sacrum corporis tui, dum te subinde circumdat letitia? O quam beatis mortui, qui in Domino moriuntur, audientes a Spiritu, Apocal. XIV, 13, ut respiciant jam a latibulis suis. Non solum autem, sed et succedit juventutis de novitate, ac de aeternitate securitas. Bona proinde mors justi propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem. E contra mors peccatorum pessima, Psalm. XXXIII, 22; et audi unde pessima. Mala siquidem est in mundi amissione, pejor in carnis separatione, pessima in veritate ignisque duplicitate contritione. Ita ergo festina, exi, recede: moriatur anima tua morte justorum, quo faint et novissima tua horum similia. O quam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus Psalm. CXV, 16. Fuge, queso, in via peccatorum ne stetoris. Quando vivere potes, ubi mori non aedes? » Audi et S. Augustinum, in vñ quicquid est auctor lib. De Vita Christiana, cap. v, tom. IX: « Sed dices aliquis: Quid est, quod videmus bonos etiam perfere cum mali? Illi non pereunt, sed evadunt, quasi de malorum consortio et persecutionibus liberantur, et ad requiem transunter. Illi et plane moriuntur et pereunt, quos de hoc mundo recessentes majoris adhuc judicii supplicium expectat et pœna: vocantur enim ante tempus boni, non diutius vexentur a noxibus; mali vero vel impli tolluntur, ne bonos diutius perseguantur. Justi de pressuris, tribulationibus et angus-

tis vocantur ad quietum; iniqui vero de luxuris, opibus et deliciis rapuntur ad paenam. Illi vero vadunt, ut judicent; isti, ut judicentur. Illi, ut vindicentur; isti, ut in eos vindicta celebretur, ut scriptum est. Sapient. IV, 7: « Justus autem si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit; et iterum, vers. 8: « Vives inter peccatores transitus est; et iterum, vers. 14: « Placiter enim erat Deo anima ejus, et ideo properaverat de medio iniustitiae eripere eum; et iterum: « Cum impii erant ad mortem, illi autem sunt in pace. »

Vis exempla accepit. Robertus Holcot hoc loco narrat quendam bene doctum probumque inter libros repertum esse mortuum, cumque advenientes hoc casu perculti curiosius in eum intenerant, viderunt ejus digitum intentum in hanc sententiam: « Justus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. » B. Jordanus, proximus a S. Domingo Ordinis Predicatorum generalis, cum navigans Hierosolymam, tempestate navi fracti, flutibus haustus suffocatusque forst, anno Domini 1236, multique mirarentur et dolerent tam subitum tristemque tanti viri casum, apparuit ipse magna luce aequa ac cruce insignitus, dixitque: « Exivi ex hoc seculo ad gloriam beatorum, et inter apostolorum choros et prophetarum evectionis sum; » et rursum: « Hoc firmiter tenetas, ne dubites, quia salva erit omnis, qui usque in finem Domino nostro Iesu Christo servierit, » qualicumque morte obierit. Ita habet Leander in ejus Vita, quia existat apud Sevum, « vñ, II, die 13 februario. Simeon Stylius (nunille celebris de quo Theodoreus et ali, sed aliis, de quo Johannes Moschus in Frato Spirit. cap. 17) fulgebat percussus interit, cujus animam Julianus Stylius vidit cum triplu et exultatione ascendere in celum. Sic S. Fulgentius, epist. II, cap. IV, hae sententia: « Justus si morte sanctorum ejus Psalm. CXV, 16. Fuge, queso, in via peccatorum ne stetoris. Quando vivere potes, ubi mori non aedes? » Audi et S. Augustinum, in vñ quicquid est auctor lib. De Vita Christiana, cap. v, tom. IX: « Sed dices aliquis: Quid est, quod videmus bonos etiam perfere cum mali? Illi non pereunt, sed evadunt, quasi de malorum consortio et persecutionibus liberantur, et ad requiem transunter. Illi et plane moriuntur et pereunt, quos de hoc mundo recessentes majoris adhuc judicii supplicium expectat et pœna: vocantur enim ante tempus boni, non diutius vexentur a noxibus; mali vero vel impli tolluntur, ne bonos diutius perseguantur. Justi de pressuris, tribulationibus et angus-

in urbem; *videlicet* principem ejus jam mortuum effieri ad sepulcrum cum magna pompa, unguenibus et suffribus. Cum autem redisset in desertum, inventit summum preceptorem ab hyena devoratum. Cospit itaque angi animo, et proponendum iudicio eum Deo contendere, et dicere: *Ubi est, o Domine, iustum tuum iudicium?* quomodo scleratus iste princeps, qui te se ad iram provocavit, mortuus est adeo gloriose? hic autem sanctus, qui tibi multum servit, a fera capitus mortem obiit? Cum his ergo et hujusmodi verbis ipse cum Deo disceperat, addidit ei angelus Domini et dixit: « Illi principes cum esset omnino scleratus, habuit unum opus bonum, et per honorem illum quem ascucetus est dum efficeretur, accepit mercedem huius unius boni, et illuc abiit absolute ad perfecte condemnatos; tunc autem preceptor cum omni fecisset quae Deo erant grata, habebat ipse quoque ut homo parvum aliquod delictum, et per haec mortem hoc amisi, et abiit illuc plene purgatus et expletus. »

8 et 9. **SENECTUS ENIM HONORABILIS** (græco τίτλος), id est pretiosa, digna, honorata, reverenda, veneranda; **S. Hieronymus** in *Zachar.* cap. iv *veritatis honorabilis* EST NON DIUTERNA (græco παντοχρόη), id est longeva; **S. Hieronymus**, *multi temporis*, (NEQUE ANNONUM NUMERO COMPUTATA) : **CANI AUTEM SENSUS HOMINIS**, ET **ETAS SENECTUTIS VITA IMMATERIALA**. — **Vatablus**, neque enim honorifica senectus est ea, que longo tempore constat, aut quam annorum numero metaris, sed canos hominibus sapientia conestat, et **etas senectutis vita late est**; **Syrus**, canities et intelligentia hominis; **status autem senectutis**, habitaculum quietum; **Arabicus**, veneratio senectutis non est in multitudine amorum, quia canities sapientia hominis, et **etas senectutis semen in quo non est macula**.

Est hoc alterum discrimen justi ab impiis, quod justus, etiam in etate juvenili morte preoccupatur, tamen iam prudenter et virtute sit senex: quia senectus non annis, sed virtutibus et meritis estimatur; impius vero, etiam si sit etate senex, tamen ob insipientiam et via puerilia vere sit puer, et inter pueros computandus, juxta illud, *Isai.* lxx, 20: « Puer centum amorum morietur, et peccator centum amorum maledicetur erit. » Ratio a priori est, quod senectus venerabilis sit duas ob causas: prior est, ob multi temporis experientiam: indequ comparatam prudentiam; posterior, ob humorum indequ morum compositionem: in senibus enim fervor sanguinis et calor deficit, ejusque loco succedit frigus, per quod resinguatur aestus libidinis, ira, ceterarumque passionum: quare si cui seni has duo desint, scilicet prudenter et mores compositi, hi nol habet et senio quod predio, estimatione et veneratione sit dignum; si cui vero juveni haec duo ausit, is habet omne id quod in senio est praeiosum estimandum et honorandum; unde sequitur: « Cani autem sunt sensus hominis, » q. d.

Cani capilli, putta canities hominis estimatur et censetur esse non coma cana, sed ipse sensus et prudentia: nam græco est, τάπις δὲ ιππόνης ἀσπόνης, id est canities autem est prudentia hominibus. Et illi legit *S. Epiphanius*, *heresi* 67. *S. Hieronymus* in *Zachar.* cap. viii *veritatis canis* (capilli) autem sunt hominum prudentias: idem in *Isai.* cap. xxiv legit, cani hominis sapientia ejus; ali, *sensata mens hominibus est canities*, id est facil eos venerabiles, perinde ac si senes et cani essent. Hoc est quod ait *Salomon*, *Proverb.* xi, 31: « Corona dignitatis senectus, quae in viis justitiae reperiatur; et *Siracides*, *Ecccl.* xv, 8: « Corona sensu multa peritia, et gloria illorum timor Dei: » vide utrobius dicta.

Porro physice aliquos pueros canescere, immo canos nasci, tradunt historici; unde *Cassiodorus Semenacem* putat dei a *seculis eis*, quod cui prius cognomen hoc impositionis fuit, canus sit natus, quod et de *Nume Pomplilio* traditur. **Tyrhenum** autem, a quo **Tyrhenus**, ab inuite pueritia incanicuisse, *Sirabo* et alii fabulosum putant: ego facile credidimus esse verum, etenim patre meo unius noctis lucubratione, adolescenti adhuc idipsum contigitisse scio, ut noster *Delrio* in *Hercul.* *Farent.* *Senece*, sub initium actus primi. Idem *diserte* tradit *S. Isidorus* et *Nonus Marcellus*, ac *Lipsius* in *Vita Senece*, cap. i, qui omnes dicunt *Semenacem* idem esse, quod *seuen* vel *seneciorum*.

Hec sententia est axioma, ab omnibus fidibus, aque ac ethnici receptum et probatum. Audi fideles. *S. Ambrosius*, epist. 12 ad *Valentin. Imper.*: « Erubescat, ait, senectus, que emendare se non potest: non annorum canities laudanda est, sed morum; » idem lib. I *Heauen* cap. viii: « Laudanda est senectus in bonis moribus dulcior, in consilii utilior, ad constantiam subeundem mortis parator, ad reprimendas libidines firmior; » lib. III, epist. 21 ad *Anysium*: « Vere, ait, senectus ista venerabilis, que non canis, sed meritis albescit: ea enim est reverendissima canities animae, in canis cogitationibus et operationibus effulgens. Quae est enim vera vita senectus, nisi vita immaculata, que non diebus aut mensibus, sed seculis propagatur, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate longevitas? quo enim diuturnior, eo fortior; et quo diutius eam vitam vixerit, eo fortius in virum periectum excrescit; » idem, serm. 55 in *Domini Resurrect.*: « Etates, inquit, quedam sunt meritorum: nam et senectus morum inventur in pueris, et innocentia infantium repperit in senibus. Denique quod in junioribus senectus quedam sit honestatis, dicit Propheta: *Senectus enim venerabilis, non diuturna, neque amorum numero computatur; canities enim est sapientia in hominibus.* » Idem, lib. X in *Luc.* cap. xxiv sub finem: « Bona senectus, inquit, non vita longevitas imbecilla ad usum, sed maturitate virtutis ad martyrum

preparata, que lasciviam corporalium reprimat voluptatum, nee indulget cupiditatibus, dulcia quæque declinet, speciosa non appetat. Caro enim concepit ut versum spiritum, et transversarios trahentes gradientes qua velet, diversarum sibi inventi voluptatum. Bona vero mentis senectus, que non id quod suaver corpori, sed quod menti utile putat, eligit, nec voluptuario corporis rapitur appetitu, sed repugnandi moderamine, quasi in vita, revocatur. » Idem, lib. I *De Cain et Abel*, cap. iii, Abel juniori preferens Cain seniori: « Senior, inquit, junior antefert, quia, eti tempore junior, virtute prestans est: innocentis enim tempore posterior est quam maius, et quadam supper ante, sed meritum nobilitatem antiquior: senectus enim venerabilis est, non annis cana, sed moribus. Et etas, inquit, senectus vita immaculata. Ubi ergo generatio exprimitur, perveniat Cain; ubi disciplinarum fit predictio, praecurrit Abel. »

S. Acacelus, tertius a S. Petro romanus pontifex, ac haec gnomus, aquæ ac ex simili, *Prov.* xx, 29, ac ex facto *Mosis*, *Num.* xi, 23, probat in presbyteros eligendos esse seniores, non tam aetate, quam sapientia: sic enim ait distinct. 84, cap. final: « Porro Mosi precipit, ut eligat presbyteros, id est seniores; unde et in *Proverbis* dicitur, cap. xx, vers. 29: *Gloria senorum est canities*. His vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est, *Sapient.* iv, 8: « Canities hominum prudentia est. Cumque nongentis et amplius annis ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convenerit. Non ergo propter descriptam aetatem vel senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. » *S. Gregorius*, lib. II *Dialog.* cap. i, laudans *S. Benedictum*: « Fuit, inquit, vir vita venerabilis, gratia *Benedicti* et nomine, ab ipso sue pueritatem cor gerens semle: aetatem quippe moribus transiens, nulli volupptum animi debitum; sed dum in hac terra adhuc esset, quo tempora liberum ait potuisse, desperit jam quasi aridum mundum cum flore. »

S. Hieronymus, epist. 13 ad *S. Paulinum* postea Nolne episcopum: « Noli, inquit, frater charismate, amorum nos estimare numero, nee sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam. *Salomone testante, Sapient.* iv, 8: « Cari hominis prudentia ejus. Nam et Moyses septuaginta presbyteros jubet eligere, quos ipse scribit esse presbyteros, utique non aetate, sed prudentia juventus. Et *daniel* adhuc puer longevos judicat, atque impudicos senes etas lasciva condemnat. Noli, inquam, fidem pensare temporibus: nec me idcirco meliore puluis, quod prior in Christi exercitu cooperari mutatus, novis annis in ordine, primus in meritis est: quia ex-

tremus fieri, plus omnibus laboravit. *Judas*, qui quandam audierat: *Tu autem homo, qui simul mecum dulces copiebas cibos: duus neus et notus meus, in domo Dei ambulavimus cum consensu, Psalm. liv, 14, proditor amici et magistris, Salvatoris arguitur voce:*

Et nodum informis letita treba necit ab alta.

E contrario latro crucem mutat paradiso, et facit hominem pœnam martyrium. Quanti hodie diu vivendo portant funera sua, et quasi sepulcra dealbata plena sunt ossibus mortuorum! Subiulus calor longum vincit tempore. Denique et tu, antea sententia Salvatoris, *Math.* xix, 21: *Si ets perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes et da pauperibus, et veni, sequere me, verba veris in opera, et nudam cruceum nudus sequens, expeditio et levior scandis scalam Jacob.* »

Cassiodorus Collat. II, cap. xiii: « Divitiae senum, inquit, non sunt canitatis capitis, sed industria juvenilis ac preteriorum laborum stipendiis metienda. Que enim non congregasti, in juventute, quomodo invenies in senectute tua? *Senectus enim honorabilis est, non diuturna, neque numero amorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, et etas senectutis vita immaculata,* » *S. Bernardus*, cap. iv, 8. Unde post pauca subiicit: « Sunt enim nonnulli, quorum etiam, quod est lugubris, maior est multitudine, qui in tempore quo ad adolescentiam conceperint, atque ignoravia senescentes, auctoritatem sibi, non maturitate morum, sed annorum numerositate conquirunt: de quibus exprobatio illa Domini proprietas dicitur per Prophetam, *Ost.* vii, 9: « Et comedent alieni robur ejus, et ipsa nesciunt: sed et cani effusi sunt in eo, et ipsa ignorant. Hos, inquam, in exemplum juniorum non vitie probitas, nec ulla propositi huic levitatis, atque imitanda distractio, sed amissio sola proxedit. Quorum canitatem calidissimum inimicus ad deceptionem juniorum in prejudicata auctoritate pergit, etiam illos, qui ad viam perfectionis vel suis vel aliorum potuerunt montis incitari, subvertire, ac decipere exemplis eorum fraudulenta subtilitate festinat, vel in tempore eos noxioum, vel in lethalem desperationem doctrinis sororu institutisque perducit. »

Cassiodorus in Psalm. lib. XIV, et lib. IX *Variar.* epist.: « Quidam senex, ait, morum levitatem maculat, cum vice versa intuvi juvenes morum gravitate maturi, eadem decorantur. » *S. Bernardus*, epist. 42 ad *Henric. Sonor.*: « Multos juniorum, inquit, videmus super senes intelligere, et moribus antiquare dies, prævenire tempora meritis, et quod etiam deest compensare virtutibus. »

Audisti gnomas Patrum latinarum, accipe num eis antiphoras graecorum, quas *chat Antonius* in *Melis.* part. II, cap. xviii, *S. Basilius*: « Nihil interest inter etatem puerilim et mentem